

erga amicum, neque erga alienum, & sodalem, & condiscipulū idem ius esse constat.

CAPVT XV.

Cum tres sint amicitia, quemadmodum in principio dictum est, & in vnaquaque alij in aequalitate, alij in excellentia sint amicitia (similiter enim boni fiant amici, & melior peiori: similiter etiam iucundi, & ob utilitatem, vel aequales in adiumentis exhibendis, vel differentes) eos qui in aequalitate consistunt, & amando & reliquis adaequari oportet: eos vero qui sunt inaequales, reddere quod proportione supereminentiae requiritur. Expostulationes autem & querelae in ea amicitia fieri consueverunt, quae ex utilitate est, vel sola, vel maxime: atque id non iniuria. qui enim ob virtutem amici sunt, ad beneficia sibi mutuo conferenda sunt prompti, quod virtutis & amicitiae proprium est. eorum vero qui in hoc certant, expostulationes nullae, neque pugnae esse possunt: quippe cum erga eum qui amat & benefacit, indignetur nemo, sed si gratus sit, benefaciendo etiam ipse respondeat: quisque benefaciendo exuperat, cum consequatur id quod cupit, accusare nullo modo amicum possit: nam uterque bonum appetit. Neque in iis admodum quae ex voluptate consistunt, contingere accusatio consuevit, simul enim utrisque id fit, quod cupiunt, si conuicti mutuo oblectantur. ridiculus enim videretur, qui non oblectantem accusaret, cum liceat non simul degere. At ea est expostulatrix amicitia quae ex utilitate contrahitur. nam cum ob commodum proprium mutua consuetudine utantur, pluris semper indigent, minusque se habere existimant, quam conueniat: accusantque quod quantum indigent, tantum etiam non consequuntur, cum digni sint: qui vero benefaciunt, tantum exhibere nequeunt, quantum indigent illi qui accipiunt. Videtur autem sicut ius est duplex, alterum non scriptum, alterum legitimum: sic amicitia, quae ex utilitate fit, moralis altera esse, altera esse legitima. querelae igitur tunc praecipue oriuntur, cum non ex eadem contractus sunt ac dissolutiones. Ac legitima quidem in conditis consistit, altera omnino vulgaris est manu in manum: liberalior altera in tempus, ex pacto tamen quid pro quo reddendum sit, in qua manifestum quidem est & non ambiguum quod debetur: sed amica dilatio conceditur, vnde inter nonnullos ex his iudicia minimè fiunt, sed acquiescendum putant, cum fide inter se contraxerint.

A φαίνεται τῷ φίλῳ πρὸς τὸν φίλον, οὐδὲ πρὸς τὸν ὀφειλόν, καὶ τὸν ἀπαιτὸν, καὶ τὸν συμφερόντι.

Tριτὴ δὲ οὐσῶν φιλιῶν, καθεστῶς ἐν ἀρχῇ εἴρηται, καὶ ἐπεισέτω, τῷ μὲν ἐν ἰσότητι φίλων ὄντων τῷ δὲ, καὶ ὑπεροχῆ καὶ γὰρ ὁμοίως ἀγαθοῦ, γίνονται φίλοι, καὶ ἀμείνων χεῖρον ὁμοίως δὲ καὶ ἡδύς, καὶ διατῷ χεῖσιμον ἰσάζοντες ταῖς ἀφελείαις καὶ διαφέροντες τῶν ἰσῶν μέρ, κατ' ἰσότητά δὲ τῷ φίλῳ καὶ ταῖς λοιπῶν ἰσάζειν. τῶν δὲ αἰήσις, τῶν ἀδύορον ταῖς ὑπεροχῆς ἀποδόντων γίνονται ἢ τῶν ἐγκλήματα καὶ ἀμείνων ἐν τῇ κτ' τῷ χεῖσιμον φίλια ἢ μόνη, ἢ μέγιστε· ἄλλοι γὰρ οἱ μὲν γὰρ δι' ἀρετῶν φίλοι ὄντες, οὐδὲν δὲ μὴ οἱ πρὸς τὸν φίλον ἰσάζοντες, οὐδὲ μείζονα τῶν γὰρ φιλιῶν καὶ οὐ ποιοῦνται οὐδέ τις διαφέρουσι ἀλλ' ἐὰν ἢ χεῖρον, ἀμείβεται δὲ ἄλλοι. ὁ δὲ ὑπεροχῆς, πυγχαῖον οὐ εἴεται, ἢ ἐν ἐγκλήματι τῷ φίλῳ· εἴεται γὰρ τῷ ἀγαθοῦ εἴεται, οὐ παύει δὲ οὐδὲ ἐν ταῖς δι' ἡδονῶν. ἀμα γὰρ ἀμφοῖν γίνονται οὐδὲ ὄρονται, εἰ τῷ συμφερόντι χεῖρον. γὰρ οἱ δὲ εἰ φαίνεται καὶ ἐγκλήματι τῷ μὴ τέρπονται, εἴδον μὴ συμφερόμενοι. ἢ ἢ διατῷ χεῖσιμον, ἐγκλήματι τῷ ἀφελείαις γὰρ χεῖρον μὲν δὲ μὴ οἱ, εἰ τῷ πλείονος ὄντων, καὶ ἔλαττον ἔχειν οἴονται τῷ πρὸς ἡμῶν, καὶ μείζοντα ὅτι οὐχ ὅσων ὄντων, τοσούτων πυγχαῖον, ἀλλ' οἱ ὄντες οἱ δὲ οὐ ποιοῦντες, οὐδὲ ὄντων ἐπαρκῆν τὸσούτων ὅσων οἱ πλείοντες ὄντων. τοῖς δὲ, καθεστῶς τὸ δίκαιον ἐστὶ διπλὸν τῷ μὲν γὰρ, ἀγχαῖον τῷ δὲ, κατ' ἴσιν καὶ τῶν κτ' τῷ χεῖσιμον φίλιας, ἢ μὲν, ἢ δικῆ, ἢ ἢ νομικῆ εἴη, γίνονται οὐδὲ τῶν ἐγκλήματα μέγιστ', ὅταν μὴ κτ' τῷ αὐτῷ συνδυάσασιν καὶ διαλύονται, ἐστὶ δὲ, ἢ νομικῆ μὲν, ἢ ὅτι ἴσως, ἢ μὲν, πᾶσαι ἀγοραῖα, ἐκ χεῖρον εἰς χεῖρον ἢ ἢ, ἐλευθερωτέρα εἰς χεῖρον κατ' ὁμοιοῦν δὲ, πᾶσι πνός. δῆλον δὲ ἐν ταύτῃ τὸ ὀφείλημα, καὶ ἀμφίλογον· φίλιῶν ἢ πῶν ἀγαθῶν ἔχει διὰ πᾶσι οἰοῖς, τούτων ἢ εἰς δίκαια, δῆλον γὰρ εἶναι τῶν κτ' πᾶσι συνδυάσασιν.